

ritur casus secundus (similia menda non rara sunt, cf. N. 502. 509. 657). Noli intellegere: pro salute Ioviorum et Herculiorum Augustorum.

624 deo Soli | Diocletianus et Maximianus | invicti Augg.
Aquileiae (V 805, semel descripta saec. XVII exeunte).

625 [Apollini] Beleno¹ | [imperator]es Caesares | [C. Aur. Val. Di]o-
cletianus et | [M. Aur. Val. M]aximianus | [P. F. invict]i Augg. |
dedicaverunt.

Aquileiae (V 752 saepius descripta saec. XVIII). — De Apolline Beleno, numine ut videtur Carnorum, Aquileiae potissimum culto (Herodian. 8, 3) cf. Mommsen l. c.

626 imp. Diocletianus et Maximianus Augg., perpurgatis fontium
rivi et itineribus eorum ad perennem usum refectis, Tiberino, patri
aquarum omnium, et repertoribus admirabilium fabricarum priscis viris
honori dederunt, curante aquas L. Aelio D[i]on[y]sio¹ c. v.

Romae ad Tiberim, semel descripta ante saeculum IX, quod exemplum servaverunt et codex Einsidlensis saec. IX et sumptum ex simili codice Poggius (VI 775). — 1) Idem est supra N. 624/2.

627 [iub]ente divina ma[is]tate Diocletiani | [et Maxi]miani¹ Augg. |
pontem belli saevitia | destructum nunc red[ita] pace per Aurelium | Lituam
v. p. p. n.² restitutum | instantia Flavi . . . ric . . . | disp.³ [e]or. et Iulior.
. . . . e | cae orati ias. | Pr. CCLI.⁴

Auziae Mauretaniae (VIII 9044). — 1) De nomine Maximiani eraso cf. N. 650 not. 1. — 2) Virum perfectissimum praesidem nostrum; de Litua cf. N. 628 not. 2. — 3) Fortasse dispunctoris (?). — 4) (Anno) provinciae (scilicet Mauretaniae) CCLI, sive anno post Chr. 290.

628 Iovi optimo maximo | ceterisque dis | immortalibus, | gratum refe-
rens, | quod, erasis funditus | Babaris Transtagnen[sibus]¹, secunda praeda |
facta, salvus et incolumis | cum omnib. militibus | dd. nn. Diocletiani et |
Maximiani Augg. | regressus, | Aurel. Litua v. p. p. p. M. C.² | votum libens
posui.

Caesareae in Mauretania (Cherchel) rep. (VIII 9524). — 1) Bavares eorumque incursiones in provincias Africanas memorantur etiam VIII 2615. 9047. Transtagnenses fortasse dicuntur quippe habitantes ultra stagna hodie Sebkhā el Hodna (Parsch). — 2) Vir perfectissimus praeses provinciae Mauretaniae Caesariensis. Idem propter victoriam de Quinguegentaneis similem titulum dicavit Saldis in ora Mauretaniae VIII 8924; cf. N. 627.

629 diis genitis¹ et | deorum creatoribus² | dd. nn. Diocletiano et |
[Maximiano invict]is Augg. | (reliqua paene omnia evanuerunt).

Prope Dyrrhachium, ad flumen dictum Rzan (III 740, descr. Heusey, principii ectypum vidit Mommsen). — 1) Similiter deus et dominus natus dicitur Aurelianus in nummis (Eckhel 7, 482). — 2) Cogitavit scriptor, iudice Mommseno, de Valeria Diocletiani et Maxentio Maximiani filiis aliisque postea creandis, non de prole adoptiva.